UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IOAN. PETRI || MAFFEII,|| BERGOMATIS,|| E SOCIETATE || IESV,|| HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI.|| SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI IV.||

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Ex Eivsdem Paraenetica ad Gasparum Berzæum, cùmis Armuziam peteret.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64627

Visual Library

EX EIVSDEM PARAENETICA ad Gaſparum Berzæum, cùm is Armuziam peteret.

IN Armuziana iſta prouincia, primũ, & antiquiſſimum tibi ſit Dei obſequium, & animi tui cultus. Ex hiſce fontibus cætera ad proximorum vtilitatem largè manabunt. ac proinde curabis, vt ſemel biſue quotidie te ipſe ad calculos voces: atque integer iudex cognitionem exerceas tum communem omnium illius diei cogitationum, & actionum tuarum; tum verò propriã earum, in quibus aliqua per id tempus præcipuo ſtudio vel præcauenda, vel corrigenda, vel ad perfectum expolienda ſuſceperis. In primis vero, Chriſtianæ humilitati intenta cura ſtudeas velim: eaque potiſsimum obeas miniſteria promptus ac libens, quæ cæteri velut abiecta & minime ſpecioſa faſtidiunt. in eo genere catechiſmus eſt. quas tu partes ne alteri delegaueris. circa meridiem ſingulis diebus compita vrbis cum ſocio circuibis ipſe, plebem in templum elata ciens voce. ibi Luſitanorum filios, pueroſque, & libertos, nec non ſexus vtriuſque mancipia, ſalutaribus inſtitutis atque præceptis erudies: teque publicè præeunte, promiſcuum vulgus Chriſtianas precationes, & pia dogmata reſonabunt. Atque idipſum eò maioris apud te momenti debebit eſſe, quòd eius laboris patientia non modò imperitos idiotasque ad notitiam Dei atque ad virtutem informat; ſed etiam reliquorum animos cum tacito quodam plauſu atque approbatione conciliat. Delatus Armuziam, Proepiſcopum adibis officij cauſa: eique ad genua protinus accides, & manum exoſculabere. ex eiuſdem auctoritate conciones habebis; in confeſſiones audiendas incumbes; & cæteris Chriſtiani paſtoris fungere muneribus. Simul, operam dabis, vt ab eo gratiam & beneuolentiam ineas, quò per te, ſi fieri poſſit, pijs animi ſaltem

ritè purgandi meditationibus imbuatur. Reliquos
ſacerdotes omni ſubmiſſione & officio demereb
rabisq; vt ex ijs quamplurimos ad eaſdem medi
nes Deo adiuuante perducas. Præfectus item pr
qualis qualis ille ſit, enitere quantũ poteris, vt amic
propitius tibi ſit: neq; res vlla erit tanti, vti dicto fa
illum exaſperes : vbi hominem tibi arctè deuinx
ſi & malè audierit, & monendo reddi meliorem p
ris poſſe; & occaſio commoda inciderit; quàm ami
mè ac demiſſiſſimè, & ore placido eidem expones, q
de illius actis & vita ſermones hominum ſint: ſua
que, vti famæ pariter & officio conſulat. Multi
qui de illo ad te querimonias deferant; tuamq; ap
prophanis in rebus implorent opem. hiſce tu occup
num tuarum & magnitudinem excuſabis, & gen
des, vereri te, ne parum ea legatione proficias. qu
men & conſcientiam ſpernat, hunc tua quoque m
ta nihili eſſe facturum. Cum ſodalitio miſericord
vt quàm optimè tibi conueniat: ſodalesque ipſos,
eius fieri poterit, manſuetudine ac beneuolẽtia co
hendas, ac totum opus, quibuſcũque licuerit rebu
virili parte promoueas. Aegrotos in publico
mio; & vinctos in carcere identidem viſes; hor
que ad cœleſtes iras per ſacram confeſsionem
das, quandoquidem ij, propter admiſſa piacul
plectuntur, & ſunt qui Sacramentum Pœniten
quam obiecint. Adhæc, vbi res poſtulauerit, ag
præſidibus vtriuſque loci, vti maturè cognoſca
gulorum cauſæ, ac ſimul, vt egentibus miſeriſq
lerandam vitam neceſſaria præbeantur. Iam,
gandum, & poſteaquã exſcenderis; omni ope c
vti per idoneos certosque homines, Armuzia
mores ac vitia domi foriſq;; genera pactionũ &
necnõ in forenſi re corruptelæ, factiones, calũ
lia id genus, quibus opprimitur veritas, tibi qu
ſima ſint: quò ad ea poſtmodũ curationes ac
ſciẽter accõmodes. Hoc tibi ad rẽ ex animi ſen
dam lõgè vtilius fuerit, quàm librorũ attenta p

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tio, minimè tamen alioqui omittēda. Mihi quidē, in omnes partes plurimū ſemper illam notitiā profuiſſe perſpexi. in capeſſenda aūt Chriſtiana re, delectuq; negotiorū habendo; illud vitabis in primis; ne, quorū fructus ad vnū vel ad paucos pertinet, anteponas ijs, quę plures, vel etiā vniuerſos attingunt: ſed quò latius quidque, eò potius & antiqui⁹ tibi ſit. Quos in Societatis noſtrę diſciplinā admiſeris; eorū profectū caue ne acrioribus tentamētis explores, quàm quæ pati, vt ægroti natura, ſic tyronis imbecillitas poſſit. ſed ſemper infra potius, quàm ſupra vires probatio ſit. alioquin exacerbantur multi, ſenſimque deſperāt; ac domitis ad extremum frænis, in auia & dirupta præcipites abeūt. Atq; hoc toto in genere, prorſus vitanda cēſeo experimenta, quæ vel inani & abſurda nouitate, vel etiā procaci quadā & cynica libertate, aut riſum, ſpectantibus, aut ſtomachum mouent. Tu verò ſectabere quæ & in vulgus accepta ſunt, & cum ratione pariter ac pietate conſentiunt, cuiuſmodi ſunt quæ poſui modò: carcerem & valetudinaria frequenter inuiſere: vinctis & decumbentibus, in vtroque homine patienter ac ſedulò miniſtrare: itemque, ad paupertatis voluntariæ documentum, panes & numulos emendicare palam: & alia id genus. Porrò, ad regendos, & in virtute promouendos alūnos, illa res vna vel maximè proderit, comitate quadam eos & paternæ beneuolentiæ ſignificatione perlicere ad arcana pectoris ſui planè tibi nudanda: ſic prorſus, vti omnia cogitationum initia, quibus vel à deprauata natura, vel à malo dæmone ſolicitantur, extemplò ad te differre non dubitent. Hæc differendi & communicandi fiducia & conſuetudo, mirum, in omnes partes quantopere conducat. ſiquidem occultæ hoſtium fraudes, & improbæ petitiones, in mediū protractæ, vel ipſa luce protinus euaneſcūt: vel, ſi vrgere perſtiterint, varijs remedijs opprimūtur. quib⁹ in remedijs expertę virtutis illud eſt: vbi quempiā inani gloria, corporū illecebris, aliaue parū honeſta cupiditate irritari cognoueris, huic pręſcribere ſpatium aduerſus ea vitia meditādi: tū, quę excogitauerit, iubere

vt ea populo per occaſionem adhortationis imp
Hinc duplex percipietur fructus ; tenacioris mem
quòd ferè quæ commenti ſumus, promẽdo & cõm
rando, altius noſtris animis infiguntur: ſalutaris v
diæ; quòd nos ea non exſequi pudeat, quæ ipſi alijs
enda præcepimus. In Sacramento Pœnitentiæ, cùm
tiatoribus præſertim amplis & opulentis, ſunt quæ
criminũ cognitionẽ, in ipſa cognitione, & poſt cog
nẽ obſerues. Ante cognitionẽ; curabis, vti reus ide
ctor (niſi id myſteriũ frequenter obire cõſueuerit
aut triduũ ſumat ad anteactæ vitæ reputãda peccata,
ſimul memoriæ cauſſa in ſchedulã ex ordine referẽ
ne imparatus, & ſine aliquo morſu doloris pudoris
accuſationẽ accedat. In ipſa verò cognitione, ſi turp
dine flagitiorum, aut magnitudine ſcelerum, quod
pe fit, abſterreri hominem ſenſeris quominus ipſe
dat; hilari facie, blandoque ſermone, quinetiam
pus fuerit, varijs te quoque morbis animi olim im
tum fuiſſe teſtando, vti ſingula probè fateatur, add
& cùm alia diligenter inueſtiganda & elicienda
verò accuratiſſimè, quæ ad nefaria lucra, & res do
lo partas aut retentas pertinent. etenim, ſi quem
contaminatum, aut peculatu, vel iniquis pactionibus
vniuerſum interroges, num aliena poſſideat; vel
cliuis ad ſui tutelam, & ſibimet libenter ignoſcit
num natura; facilè inficiabitur: ſin genus vitæ
quam factitet, ſi vſuras, & contrahendi, mercandi,
dendi formulas nominatim exquiras, & (ſi regi
præfectus curatorue ille ſit) ſi de interuerſa
ue pecunia, de monopolijs per vim nefasque
deque alijs quæ magiſtratus contra voluntatem
& ius cõmune plerunque ſibi pro poteſtate & i
vindicant, ſingillatim percunctere; multorũ haud
delictorum confeſſionem exprimes, quæ reus
vel per malitiam, vel per inſcitiam ſilentio for
uoluiſſet. A confeſſione, ſi noxius tibi dura & p
viſus erit fronte; comperendinabis videlicet,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eos interea locos ad commentandum aſſignabis, quorum conſideratione, tamquam repetitis ictibus, è ſilice pectoris ſui, pios gemitus, & aliquas amoris diui ni ſcintillas excutiat. Quòd ſi fraudati quid fortè reſtituẽdum, vel condonandæ iniuriæ, vel ſcorta relinquenda, vel eiuſmodi quippiam expiandum ſit; planè videbis, vt ante latam ſententiam expietur, neu te largis cuiuſquam pollicitationibus induci permittas: nam qui piaculis eiuſmodi obſtricti tenẽtur, ab ſacerdote appellati, magis in promittendo interim faciles, quàm in præſtando, poſtmodum fideles exiſtunt. Vbi ſine fallacia ab reo ſatisfactum eſſe didiceris, tum demum, æternis vinculis abſolutum, temporario aliquo ſupplicio ritè iniuncto, dimittes. Si qua pecuniæ ſumma, ſeu propterea quod iuſti domini copia nulla ſit, ſeu etiam pietatis ac beneficentiæ ſtudio erit in pauperes conferenda; nequaquam ego tibi ſim auctor, vt illius pecuniæ te ſequeſtrum ac diribitorem exhibeas. ſed eam tu (niſi ſi tibi ſecus interdum in re præſenti videbitur) ad Miſericordiæ ſodales extemplò reijcies: atque id multis grauibusque de cauſis. primùm, quod tibi non æquè ac ſodalibus nota eſt mendicorum & egentium turba: quorum, alij ſępè morbum, alij probitatem & ſanctimoniã, alij etiam inopiam ipſam egregiè ſimulant. Ad hæc, ſi percrebuerit, humanis neceſſitatibus & egeſtati paratum in tua facilitate ſubſidium eſſe; tanti vndique petentium concurſus ad te fient, vti ad Apoſtolicas functiones, quæ tibi primæ eſſe debent, otij nihil ſuperſit. Non eſt porrò æquũ, te qui ad Euãgelium prædicandũ veneris, relicto verbo Dei, miniſtrare menſis. Poſtremò, ſi pecunias ipſe tractare aſſueueris, metuendum eſt, ne famæ tuæ atque exiſtimationi aliqua labes ab iniquis, & omnia peiorem in partem interpretantibus, adſpergatur. Quæ cuncta incommoda effugeris, ſi haſce Chriſtianæ caritatis & officij partes, eidem Sodalitio delegaueris. Quotidiani vſus præcepta, ad æternam ſalutem præcipue neceſſaria, in B. Virginis, & in Miſericordiæ templo palam in tabella propones. Ad ea perlegenda,

exſeri-

exſcribenda, &, quod caput eſt, obſeruanda, cæ-
teros inuitabis; tum verò pœnæ loco, ſi res poſtu-
ges in tempus certum, quorum ipſe confeſsione-
peris: vt inde perpetuam, ſi fieri poſsit, eius diſ-
conſuetudinem ſponte retineant. Singulis vero-
bus, voce ad commiſerationem accommodata, -
populo commẽdabis opportuna deprecatione a-
das animas, quæque in hac vita peccato letali ten-
quæque in altera purgatorio igne torquentur. Itē-
hebdomadam diebus operam conferes ad ſimu-
ciuium dirimendas, reſtinguenda odia, forenſes -
controuerſias componendas, quippe quarum im-
magno ciuium damno ſępe ſortem exſuperant. Ep-
omni ope obuiam ibis: atque ipſos etiam quoru-
terdum culpa lites aluntur, ſcribas ac leguleios, -
quo pacto deuincire, & ſalutari quopiam remed-
nare conaberis. In concionibus autem, quò magis c-
mune bonum id eſt, eò maiorem, vti dicebamus, -
ſtriam, & aſſiduitatem, & operam collocari, neq; -
vulgi oblectationẽ plauſumque, ſed ad morũ emẽ-
nem, & vnius Dei gloriã omninò referri par eſt. A-
rũ quippe agitur ſalus: adhibẽda vulnerib⁹ remed-
prurientes aures curioſis quæſtionibus, & inan-
ne ſcalpendæ. ac ꝓinde accerſita, fucata, dubia, -
cõtrouerſa, ne in mediũ adduxeris. virtutis amo-
rum odium excitare contendes: & ex ijs quæ p-
ſo mortalium genere Chriſtus Dominus acer-
pertulit, locum ſubinde aliquem inducendo, a-
actæ vitæ deteſtationem, ad lacrymas, ad pœnit-
Euchariſtiæ Sacramenta populum vehementer
les. Inter dicendum autem, vide ne quem eorum
tim qui cum imperio ac poteſtate ſunt, apertè -
gas. Exulcerare plagas hoc quidẽ eſt, non cura-
longius in eo genere prouehuntur, efficiũt n-
magno labore, fructu nullo, gratias perdant -
legant. Priuatæ obiurgationes in priuato a-
ſunt, & quidem plurima humanitate conſp-
lentis verò ac potentibus viris, quòd ferme d- &
illa

faſtidioſum eſt genus, inter ipſam admonitionem ſubinde etiam te ad pedes abijcies; vel, ſi res tulerit, caros dabis amplexus: planè vt perſpiciãt non triſtitia te vlla, vel ſeueritate, vel negotiorũ appetentia, ſed eximia quadã beneuolentia & caritate, ad officiũ reprehenſionis adduci. Iam verò, de familiari conuictu, & quotidiana cum hominibus conſuetudine, haud leuis eſt animaduerſio; multaſque & magnas ea res habet cautiones: quarum prima illa eſt: Ita vtendum amicis, quaſi non tu quidem illis, ſed illi tibi olim infenſi infeſtique futuri ſint. Id ſi præſumſeris animo; longè attẽtius omnia circumſpicies, teque ipſe in officio continebis, neque in ſecuritatem effuſus, admittes quòd aliquando tibi exprobrari, aut obijci poſsit. In vniuerſum tamen, te cunctis mitem, iucundum, affabilem præbeas velim; vt ea comitate illecti (nam alioqui anceps & periculoſa curatio eſt, quod item ſupra monuimus) omnes tibi pectorum ſuorum latebras, ac receſſus aperiant. Alter locus cautionis eſt, operam des vti ſtudioſos recti, veroſque diſcipulos, à fictis prauiſque dignoſcas; & conuenientẽ vtriſque facias medicinam. Non enim deerunt plurimis obſiti vlceribus, qui, vel metu ne illa detegas, vel etiã captandæ ad cæteros commendationis cauſa, vltrò ſeſe tuam in amicitiam ac familiaritatem inſinuare non dubitent, ij, ſi te inter cætera ad prandiũ aut cœnã inuitẽt; i ſanè; ac tu viciſſim illos ad Sacramentum Confeſſionis inuita: curaque, vti prorſus intelligant, fixũ eſſe tibi certumque, eos omni ratione ad Chriſtianam ſeueritatem, ac diſciplinam, à laxiore vita delicijſque traducere. ſic fiet, vti vel in poſterum te fruſtra interpellare deſiſtant, vel (quod optandum eſt magis) ad meliorem frugem, te duce ac magiſtro, tandem aliquando perueniant. A donis muneribuſque (friuola quædam excipio; quæ ſi recuſes, largito r vtique Luſitanus contemni ſe putat) omnino abſtinebis, vulgati prouerbij memor; Captum eſſe, qui ceperit. Ioannes tibi Rex omnia ad victum, cultumque neceſſaria detulit. eius vtere benignitate, atque idipſum modicè, vel etiam intra modum;

vt vo-

vt votiuæ paupertatis religioſa profeſſio conſt
tis è partibus ad te cibaria cocta ſeu cruda mi
ca tu ad carcerem, vel ad valetudinarium public
tanda curabis. atque hoc pacto, in tractandis hom
ingenijs tua tibi ratio longè ſolutior & expedit
rit. Quos ad vitia proiectos, & in peccandi libidi
peram obſtinatos offenderis; gehennæ quidem
futuri terrore iudicij maximè commoueri, op
ſed quoniam hæc nimium abeſſe longè, ſtulti ho
putant, multi etiam propter fidei imbecillitatem,
omninò vlla, turpiter ambigunt; at tu, morbos,
nas, calamitates, exſilia, vincula; cædes, orbitates,
gia, bonorum proſcriptiones direptionesque, & a
lorum genera ſexcenta percurres, quibus in hac
vita impios ac praui tenaces homines afficit D
que denuntiatione perditos & inſanos ab ame
uocare conaberis. Si cum irato & flagrante cu
vindictæ, res tibi fuerit; blanda primùm oratione,
aliud agens, mulcebis hominem: dein, capto c
ſenſim ad cauſam accedes, vt quam ille quera
riam eleues verbis, & multo minorem opinion
demonſtres: aut etiam diuino permiſſu relatam
iniurioſum ille quoque ſe quondam in alio
præbuerit. ad hac & alia id genus dicta, ſi te au
cedes tempori ſcilicet: ſi dederit ſeſe, premes
acrius, & identidè inſtabis, quoad ſedata pert
reliquam abs te medicinam libenter accipia
fermè obſeruatione, ad leniendum dolorem,
que, & cæteras animorum ægritudines, vti lic
hæc cum ijs qui Chriſtiani cenſentur. Conuer
tem ad Chriſtum Iudæis, ethnicisque, ſuum
ac laborem imperties: quam ad rem, ne longio
pauca ex ijs quæ ſupra poſuimus transferri c
poterunt. Verùm de his hactenus. redeo ad
Tu fac in aliorum curationem ita, mi G
incumbas, vt interea tuæ ipſius perfe-
ctioni ac ſaluti quàm diligentiſ-
ſimè conſulas. Vale.